



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

De conuenientia partium corporis cum partibus animæ. Colloquium XLIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)



Primæ partis ius est, imperare, regere, omnia more Regio, & supremi Magistratus instar administrare: Secundæ munus est subiectum ac vassallum se monstrare, & obedire, et si sæpenumerò ea in Magistratam suam, ac Dominam inuollet adque sibi ancillandum compellat. Quapropter in quo Ratio ad gubernacula, & clauum sedet, hic demum hominem verè agit & Regem se esse demonstrat; at quatenus appetitibus paret, carni subest, hic reapse bestiam se mancipiumque esse profitetur; & idcirco bene Dominus noster ait: *Quicumque peccatum facit seruus peccati est: quia videlicet rei, quæ se inferior est seruit, appetitui videlicet, & facultati totius familiæ abiectissimæ.*

*De conuenientia partium corporis cum partibus animæ.*

COLLOQUIVM XLIV.

THEOL.

**P**ROLIXIVS aliquanidò quam xolebam animæ pulchritudini ab imagine Dei proficiscenti expli-



explicandæ inhæsimus, & dum accuratius singulas eius partes introspicimus, quo totius corporis decor, ac venustas manifestius eluceret, & singula seorsim membra examinata in commune lucem conferrent suam, limites quos tempus præscripserat vberiore dicendi genere fuimus transgressi, constat itaque iam nunc in corpore primum superiorem & inferiorem partem reperiri, quæ iucundissima quadam conuenientia animæ respondent, eamque respiciunt. Pars enim illa quæ post diaphragma altior est, animæ nobis quam modo constituimus partem superiorem potest representare, reliqua verò omnia, à diaphragmate, partis inferioris speciem aliquam subijcere & exhibere. Iam quemadmodum in superiore animæ parte nobilissimæ illius facultates constitutæ sunt, Intellectus, Voluntas & Memoria, ita in eadem præstantissima planè corporis membra reperiuntur, caput, brachia, pectus, pulmones, & cor: & sicut pars quæ in anima superior est, inferiorem

regis



regit ac gubernat, ita in corpore quoque isto sublimiori imperat, & dominatur humiliori: caput enim nervos excitat, & lumen ceu faciem præfert, quo corpus vniuersum moueri & ambulare possit, brachia, à capite primum sortita officium, cor verò spiritus ipsos viuificat atque sustentat. Et quemadmodum quoque in inferiore animæ parte sæx & plebs facultatum residet: ita in hac corporis parte que post diaphragma infernè relinquitur minores illæ gentes reperiuntur, stomachus, iecur, intestina, splen, & reliquæ plebeix partes, necessarie ad corporis seruitiũ suum bene præstandum. Stomachus. n. vasta velut chytra est & simul coquus; hepar instar dispensatoris, oẽm istum apparatus culinarium in singula mēbra diuidit atque partitur, reliqua verò omnia nunquã suã operam ac fidem quam debent corpori deesse patiuntur; habes nunc itaque similitudinẽ illam, quam pars animæ superior & inferior cum corporis iisdem partibus habere mihi videbantur.

Nunc



Nunc numerus etiam ille quem sicut meministi, animæ hieroglyphicum esse asseruimus, quam venustè, quam eleganter ac graphicè in organis & instrumentis quinque sensuum depictus ac adumbratus est? Denarius ille est, ergo pro quolibet mihi sensu, duo quoque fac numeres, oculos geminos pro visu, aures duas pro auditu, nares pro odoratu, totidem pro gustu, linguam scilicet & palatum, duo pro tactu, manuum videlicet dextram & sinistram; & quoniam sensus iste per vniuersum corpus diffusus est, manus generalia quædam illius instrumenta sunt, & in particulari notas quasdam generalitatis præ se ferunt, videlicet Decem in decem digitis, quibus in duas partes distributis, utriusque quinq; admodum relinquatur. Secundo, caput intellectus pulcherrimam similitudinem & simulacrum nactum est; quod breuiter de- *Arist. 3. de an. c.* *9. 10. 11. 6.* *Eth. c. 2.* monstrat: officium quod ille animæ præstat, hoc corpori exequitur ac facit: nam sicut intellectus primum motuum actionum humanarum 2.

& vo-



& voluntariarum est, ita caput corporearum fons & scaturigo est; itaque voluntas nihil designare potest, nihil amare, nihil odisse, nihil suscipere, nisi intellectus id ei monstret, atque præsignet. Hic enim planè ille est qui primus rerum naturam detegit atque agnoscit, hic voluntatis quidam facifer est, cum quæstio incidit, sitne aliquod opus suscipiendum & aggrediendum, absque hoc foret, nihil ageretur, nihil fieret, ni-

*Galen. l. 1.* nihil ab anima designaretur. *Amor enim in res incognitas ferri non potest.*

*Hipp. &* Caput itaque ei quam pulchrè, quam

*Plat. c. 3.* venustè, quam eleganter respondet

Hoc namque origo est & velut instigator omnium corporis motionum: in hoc trūcus quatuor sensuum platuratus est: hoc opere cerebri ac nervorum per vniuersum corpus spiritus animales effundit, hoc omnes corporis partes ex præscripto cuiuslibet officij commouere se facit hoc propugnaculum, hæc arx quinque sensuum est: hoc in suprema velut aulae suæ contignatione duos oculos ceu pulcherrima sidera circum-

cum-



cumfert, ijs corpus vniuersum col-  
 lustrat, & viam ambulaturo præsi-  
 gnat: hæc scaturigo interiorum  
 motuū est, per nervos scilicet quos  
 illud vegetat ac munit: hæc causa o-  
 mnium motuum exteriorum, per e-  
 osdem nervos & radios quos è duo-  
 bus oculis projiciat ac spargit. Et id-  
 eo sicut intellectus animæ suum mo-  
 tuū dat & eam agere facit intelligētia  
 subministrata, ita suo quodam modo  
 caput hoc præstat atque exercet. Iā *Arist. 4.*  
 rotunditas illa quā accurata intelle- *de celo.*  
 ctum refert? nō modò propter figu- *c. 4.*  
 ram ipsam, quæ perfectissima & cę-  
 lestis est, sicut etiam intellectus, sed  
 quia ad viuum eius motum expri-  
 mit atque declarat. Motus verò il-  
 lius est, intelligere, & ab vno ad a-  
 liud discurrere, non aliter quam si  
 in orbem currat, huc illucque re-  
 spiciendo: & hæc reuera causa est,  
 admodum cur Platoni ingenij mo-  
 tum rotundum & circularem pla- *Arist. l. 1.*  
 cuerit appellare: pro exemplo, co- *de anima.*  
 gnoscit ille bonitatem amabilem *c. 3.*  
 esse, & Deum bonum esse videt: de-  
 mum, ad primum punctum recur-  
 rens





rens & velut circulo ducto concludit bonitatem diuinam amabilem esse. Porro modus iste, circulariter intelligendi, & per discursum res cognoscendi, ratio appellatur, & per capitis rotunditatem representatur. Habet ergo nunc illa figuram & similitudinem Intellectus: vnde etiam fit, vt quoties aliquem ab ingenio laudare volumus, boni eum capitis esse dicamus, boni cerebri, aut capitis eleganter facti. Et etiam propter pictores sacrarum veterum historiarum Cherubinos subinde, Seraphinos, & ceteros Angelos, capitibus tantum allatis representant, quo videlicet naturam eorum nobis declararent, quæ nihil aliud quàm caput, id est intellectus & spiritus est, etsi multò viuacior & excitior quam noster, & ideo alatus, sine cunctatione discurrens, rem cognitionem penetrans, quemadmodum auis volatu suo nobis penetrat atque transcurrit. Verùm factis hæc opinor erunt, ne rursus rationem temporis seposuisse videatur, vt intelligatur primum membrum



medij corporis hieroglyphicam in  
se intellectus figuram continere.

*In humeris & brachijs voluntatis i-  
maginem reperiri.*

## COLLOQVIVM XLV.

**N**AE verò nunc etiam graphi-  
cè & venustè humeris ac THEOL.  
brachijs voluntatis imago  
in sculpta est? Recenter ego admo-  
dum memoria teneo fuisse cum di-  
cerem, hanc vim & fortitudinem a-  
nimæ esse, hanc liberrimo motu fer-  
ri, hanc peccatorum aut meritorum  
originem assignari, hanc fontem lau-  
dis ac vituperij, scaturiginem præ-  
mij aut poenæ appellari. Videndum  
itaque nunc est an omnia ista certo  
quodam modo in partibus modò di-  
ctis elucescant & conspiciantur. Ac  
primò quidem neminem latere po-  
test, corporis humani robur ac forti-  
tudine principaliter in brachijs &  
eorum extremitatibus, quæ manus sūt,  
ac eorum radicibus, quas humeri  
O 2 repræ-